

Biskop Lage Urnes Synodalstatuter fra Aaret 1517.

Ved **Holger Fr. Rørdam.**

De her meddelte Synodalstatuter, som Biskop Lage Urne bekendtgjorde paa Landemodet i Roskilde den 6te Oktober 1517, efterat de tre Dage tidligere paa Bispens Slot Dragsholm vare blevne forelagte for den pavelige Legat Arcimbold og havde modtaget dennes Stadfæstelse, bleve, formentlig umiddelbart efter deres Udstedelse, prentede af den kjøbenhavnske Kannik og Bogtrykker Povl Reff. Men det eneste Exemplar af dette gamle Tryk, som man i nyere Tid har kjendt, opbrændte med Universitetsbibliotheket i den store Ildebrand 1728. Heldigvis havde man i Aaret 1720 taget en Afskrift af den trykte Bog, og denne Afskrift er bevaret indtil vore Dage i Gehejmearkivets store haandskrevne Diplomatarium. Afskriften er i det hele god, skjønt ikke fejlfri, og da det ikke er at vente, at noget Exemplar af Povl Reffs Udgave af Statuterne mere skulde komme for Dagen, maa man nu udelukkende holde sig til Afskriften. Disse Synodalstatuter have hidtil kun været lidet benyttede, skjønt de indeholde ret interessante Oplysninger om Kirkeskikkene i Middelalderen ¹⁾. Endel af Bestemmelserne gjenfindes forøvrigt i ældre Synodalstatuter, især i de af Ærkebiskop Johannes (Brostrup) i Lund udstedte, der findes aftrykte i Thorkelins Kirkelove, S. 108—21, samt i Ærkebiskop Birgers, trykte i Paris 1514 (paany udgivne af Thor-

¹⁾ P. E. Müller, som har kjendt dem, har indskrænket sig til at udskrive et Par Artikler i sit Vita Lagonis Urne. I, 13—14.

kelin 1778). — For at lette Benyttelsen meddele vi først en kort Oversigt over de Bestemmelser i Statuterne, som forekomme os at være af mest Betydning, uden at vi dog paa nogen Maade derved have udtømt Indholdet af dem.

-
- S. 267. Om at Præsterne skulde holde de canoniske Tider og rettelig varetage de gudstjenstlige Handlinger.
- 268. Om Renholdelse af Kirkekarrene o. desl. og Opbevaring af samme.
 - — Forskrifter om Sakramenternes, navnlig Nadverens, Betjening: Sakramentordene skulde Præsten med Omhu og Opmærksomhed, fuldstændigt og andægtigt fremsige af en Bog, som han hele Tiden skulde have for Øje, og ikke fremsige dem som ud af Luften.
 - 270. Om Præsternes Klædedragt, Tonsur og Skjæg.
 - — Om Fremgangsmaaden ved Processioner og ved Signelsen af Agre og Enge (Korsebør), navnlig meget nøjagtige Bestemmelser om, hvorledes Præsten skulde bære sig ad, naar Hostien skulde bringes til syge.
 - 272. Om de Lovsange, som skulde bruges til Jfr. Maries og hendes Moders, S. Annas, Ære.
 - 273. Om at paa Langfredag skulde den indviede Olie, som var tilovers fra det forløbne Aar, opbrændes, og frisk Olie hentes fra Sacristanen ved Domkirken.
 - — Om Helligholdelsen af Knud Konges Fest.
 - — Om Forrettelsen af Daaben: Præsten døbte paa Latin, men han skulde undervise Almuen om de danske Døbeord, forat Daaben i Nødsfald ogsaa kunde forrettes af Lægfolk. Om Faddernes Antal. Om Renholdelse af Døbefunten.
 - 274. Om at kun saadanne maatte fremstilles til Ordination, som ved videnskabelig Indsigt (*literarum scientia*), lovlig Alder og gode Sæder vare værdige

dertil, og som havde et bestemt Embede (sufficiens titulus). Det paalagdes Ærkedegnen ved Domkirken og »de andre Examinatorer« at vaage herover.

- S. 274. Om hvorledes Præsternes og Tiggermunkenes Prædikener skulde være affattede. Navnlig skulde de opmuntre Menighederne til at besøge Moderkirken i Roskilde ved S. Lucii, Relikvie-, Kirkens Indvielses- og S. Knud Konges Fester for at faa Aflad og bringe Gaver til Kirkens Vedligeholdelse, der krævede store Udgifter.
- 275. Om at Tiggermunke, som af deres Ordensforstandere vare beskikkede til at høre Skrifte og prædike for Folket, skulde fremstille sig for Biskoppen, naar det forlangtes af dem; og at Tiggerordenerne i deres Kirker skulde publicere de kirkelige Domme, som vare afsagte af Bispen eller hans Generalofficial.
 - 276. Om Skriftefædrenes Forhold overfor deres Skriftebørn.
 - — Om at Tiggermunkene i Roskilde ikke maatte begynde at ringe med deres Kirkeklokke Paaskenat, før der var ringet med Domkirkens Klokke og den højtidelige Procession med det opløftede Kors var tilende, ikke heller maatte de holde Gudstjeneste eller Processioner paa samme Tid, som sligt skete i Domkirken, for ikke at drage Folk fra Hovedkirken.
 - — Om at alle evige Vikarier, Sognepræster, Alterpræster og andre Præster i Roskilde samt Skolens Lærere paa visse høje Fester skulde bivaane Processionerne fra Domkirken.
 - 277. Om at der i alle Stiftets Klostere og Kirker nogle Dage efter Allehelgensdag skulde holdes Procession over Kirkegaarden for at anraabe Gud om Rolighed for den hellige Kirke og om Lykke for Kongen og Dronningen samt om Fred for det danske Folk.
 - — Forskjellige Regler for Præsternes Forhold.

- S. 278. Om de Forholdsregler, der skulde gribes til, naar en gejstlig Mand blev fængslet eller dræbt af nogen verdslig Magthaver.
- 279. Om at Præsterne kun i overordentlige Tilfælde maatte anvende Bandsstraf, uden at Bispen eller hans Official først var raadspurgt. Engang om Aaret skulde Ærkebiskop Ulfes Bandsættelse (af 1245) over alle Angribere af Kirkens Frihed højtidelig oplæses fra Prædikestolene.
 - 280. Om de Tilfælde, i hvilke Bispen forbeholdt sig selv eller sin Official den udelukkende Ret til at absolvere.
 - 281. Om den Jurisdiction, som udøvedes af Regnskabsprovsterne.
 - 283. Om at fremmede Afladshandlere ikke maatte optræde i Stiftet uden Biskoppens Samtykke.
 - — Forbud mod Troldomskunster.
 - 284. Om den kirkelige Fremgangsmaade mod bandsatte og ryggesløse Personer.
 - — Forbud imod at begrave saadanne, som havde gjort sig skyldige i forskellige gejstlige Forbrydelser, der nøje opregnes, i viet Jord.
 - — Forbud imod, at Munkene maatte overtale Folk til at vælge deres Lejersted ved Klostrene til Skade for Sognekirkerne.
 - — Befaling om, at ingen maatte vælge andet Begravelsessted end sin Sognekirke, med mindre han betænkte denne og dens Præst paa passende Maade i sit Testament.
 - — Om Anvendelsen af de Penge, som Gilder og Broderskaber skulde give til Messelæsning over afdøde Medlemmer.
 - 285. Bestemmelse om, hvem der skulde møde ved Landemodet.
 - — Regler angaaende Præsternes Levnet og sædelige Forhold; de, der ikke prædike med deres Tunge,

skulde idetmindste ved deres Liv give andre et godt Exempel.

S. 286. Regler for Præsternes Kalentforsamlinger.

- 287. Om at ingen maatte tiltræde eller fratræde noget Præsteembede uden Biskoppens Samtykke.
- 288. Bestemmelser sigtende til Bevarelsen af Kirkegodset.
 - — Om at enhver Præst skulde bo ved sin Kirke.
 - — Om at enhver Præst idetmindste en Gang om Aaret skulde forny sit Testament.
 - — Om at ingen Klerk maatte gaa med en Guldring, uden han var Magister artium, eller Kannik, eller af Adel, eller paa anden Maade ved sin Embedsværdighed havde Adkomst dertil.
 - — Forbud imod at Præster maatte gaa paa Jagt.
- 289. Forbud imod at gejstlige Mænd maatte overtage verdslige Bestillinger, som Fogeder, Toldere e. dsl.¹⁾.

Statuta Synodalia Domini gratiosi Roschildensis.

(Ex Bibl. Academiæ Hafn. 1720, ibi exemplar impressum circa tempus Reform. in 4to sine loco et anno, foliis 18, apud P. R. 3: Paulum Reff.)

Statuta synodalia Reuerendi Patris Domini Laghonis Dei gratia Episcopi Roschildensis.

Lagho Dei et apostolice sedis gratia episcopus Roschildensis ad futuram rei memoriam uniuersis et singulis dominis presbiteris, clericis secularibus et religiosis per et infra dyocesim nostram Roschildensem constitutis, presentibus et futuris, cujuscunque gradus, ordinis, status aut dignitatis sint vel fuerint, salutem in Domino sempiternam.

¹⁾ Dette blev netop ved denne Tid meget almindeligt, se Kjøbenhavns Kirker og Klostre i Middelalderen. S. 146.

Etsi vite et honestati clericorum tam per generalium conciliorum, quam per juris communis constitutiones et predecessorum nostrorum episcoporum statuta abunde satis prouisum esse conspiciamus. Nos nichilominus ex debito pastoralis officii, ad laudem omnipotentis Dei et reformationem vite et morum clericorum nostrorum, infra scripta nostra statuta, ordinationes, prohibitiones et mandata synodalia, ob frequentiore in hiis clericorum transgressionem, auctoritate ordinaria constituere et ad iurium et prouincialium conciliorum statuta adjicere et innouare decreuimus, mandantes, vt loco canonicarum monitionum infrascripta habeantur, ita quod contra ea excedentes, parata executione perstringentur.

Quocirca inprimis statuimus et nichilominus in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus omnibus et singulis secularibus clericis supradictis, ex susceptis ordinibus, vel alias qualicunque legitima causa ad soluendas horas canonicas obligatis, ut in eisdem horis dicendis, seu administrandis ecclesiasticis sacramentis, ac jejuniis, festiuitatibus et ceremoniis aliis, ritum et ordinarium nostre Roschildensis ecclesie vniformiter teneant et obseruent.

Item, quod nullus sacerdotum, nisi ad minus matutinarum et primarum omnino solutis officiis, etiam si confessoris haberi copia possit, preuia confessione missam dicere vel eam duplicare, nisi rationabilibus causis in jure expressis, presumat, sub pena duorum florenorum.

Item. Habentes beneficia cum cura vel sine cura, si horas canonicas dicere neglexerint, suorum beneficiorum fructus ab illis non percipiantur, sed in fabricas ecclesiarum hujusmodi beneficiorum suorum, vel pauperum elemosinas, aut alios pios vsus erogentur. Et nisi post legitimam monitionem in dicendis horis se debite reformauerint, beneficiis suis priuentur.

Item. Quilibet clericus beneficiatus ex singulis synodis synodalia de horis dicendis juxta ritum ecclesie nostre Roschildensis habeat, sub pena floreni Rinensis.

Item precipimus et mandamus, ut altaria, calices, corporalia, ampulle, candelabra, sacerdotum vestimenta, ac omnia alia missarum, altarium et ecclesiarum ornamenta pretiosa decora, munda, pura et nitida semper conseruentur. Alioquin in hiis totiens quotiens sacerdotes negligentes reperti fuerint, duorum florenorum penam incurrant.

Item inhibemus, ne corporalia, calices aut alia vasa sacra prophanis manibus attrectentur, neque nisi per clericos aut munde saltem et religiose vite personas laventur in vase apto et decenti, in quo nullum aliud lintheamen lauari liceat. Ipsaque lotionis aqua in baptisterium fundatur.

Item statuimus, quod sacerdos missam celebraturus non sicut quidam diuinorum officiorum curiosi preceptores, lecto jam euangelio, pro hostia vel vino consecrandis in sacristiam, capsam, vel alium in loco suo mittant, vel in personis propriis vadant. Sed ante omnia hostiam et calicem deuote et debite preparare, ac vinum recens et aptum in flasculis seu vasis mundis conseruatum semper habere teneantur, et non pendulum, acetosum sive squalidum, sub pena duorum florenorum.

Et quod nullus celebrantium faciat vel admittat ministrum suum infra sacros maiores ordines non constitutum calicem preparare aut mixturam facere, sed sacerdos per se hoc faciat, sub pena duorum florenorum.

Item, quod nullus sacerdos addat aliquid ad verba canonis nec diminuat de eisdem, sub pena irregularitatis; sed illa et presertim verba formarum consecrationis absque omni errore et verborum huiusmodi transpositione, non ex aere, sicut quidam cum periculo faciunt, sed ex libro, quem semper ante oculos habeat, caute, attente, complete et deuote dicat. Idem de verbis formarum aliorum sacramentorum obseruari volumus. Si quis autem de contrario conuictus fuerit, preter penam canonum soluat marcas decem.

Item aliqui presbiteri in celebratione, dicendo verba formarum consecrationis, solent insufflare in hostiam et

calicem, mouentes caput per modum crucis. Quod tamquam erroneum et juri deuium omnino de cetero fieri prohibemus, uolentes, vt tam in missis quam aliis diuinis officiis ab omni ypocrisi et varietatis applausu caueant, uno ritu et ejusdem deuotionis pari obseruantia se conformantes.

Item uolumus, quod inconsueta et peregrina officia, quorum non constat auctoritas in ecclesiis nostris, nisi superveniente legitima causa, de nostro et successorum nostrorum episcoporum consensu, non cantentur et celebrentur.

Item inhihemus districtius, ne celebrans, postquam calicem exhauserit, illum digito interius purgare vel extergere attemptet, sicut quidam, non sine magna sacrificii irreuerentia, faciunt, sub pena floreni Rinensis.

Item uolumus, quod presbiter omnis regularis siue secularis missam celebrans, officium totum, excepto canone, quem submissa et secreta voce deuotissime dicere studeat, alta et intelligibili uoce legat et pronunciet. Est enim in hiis verbis misse profundissima quedam diuinorum misteriorum vis et efficacia, que se rite audientibus indubitanter prosint ad salutem hominis vtriusque.

Item recipimus, quod euangelium in singulis missis sonora et eleuatiore voce dicetur.

Item contra nonnullos sacerdotes diuina officia inuerecunde celebrantes, qui in missarum officio, vtendo ¹⁾ se ad populum dicentes Dominus vobiscum, quod ex veteri lege ad communis populi salutem in missa dici sumptum est, oculos effrenes et vagabundos ad angulos parietum et astantes forte personas circumferunt, statuendo mandamus, ut pro tanti misterii grauitate, gestibus pudicis et oculis in humum defixis, id ipsum sacrosanctum missarum officium omni deuotionis studio et sine simulatione peragere debeant, prout canonicam voluerint vltionem evitare.

¹⁾ Læs: vertendo.

Item celebrans, post evangelium dicendo: Dominus vobiscum, non circumuertat se, sed ad cornu epistolae, hoc est ad australem partem altaris, redeat, unicam enim tantum circularem versionem, videlicet dicendo: Orate pro me peccatore etc., secundum rationale diuinorum et chori cathedralis nostre ecclesie ritum deuote facere teneatur.

Item mandamus, quatenus clerici, presertim sacerdotes, qui tam statu mentis quam habitu corporis Deo et hominibus placere studeant, vestes suo ordini et statui incongruas deferre et ad altare crinibus incompti, immundi manibus, incompositi vestibus et moribus, cum lutosi ocreis, aut sordidis sotularibus accedere omnino caueant, sub pena arbitraria. Colorem etiam rubeum, glaucum et uiridem illis penitus interdicimus, sub pena duorum florenorum.

Item ad differentiam prerogatiuarum et honoris canonicorum ecclesiarum nostrarum, cathedralis Roschildensis ac collegiate Haffnensis, statuimus, quod perpetui vicarii, capellani et sacerdotes inferioris status birretum fuscum, nisi sint magistri artium, aut alias ex causa per nos dispensatum fuerit, non gestent; nec tunicam infra vel extra fimbrias pellicularum circumferentia foderatam portent, sub pena duorum florenorum.

Item precipimus, quod sacerdotes coronam semper habeant apertam. Comam autem et barbam nutrire illis districtius inhibemus, sub pena arbitraria.

Item uolumus, quod ministri ecclesiarum parochialium ad instar aliorum clericorum sint pilis attonsi. Et si accoliti fuerint, propter priuilegium canonis tonsuram, licet paruulam, deferant in aperto.

Item precipimus et ordinamus, quod venerabile sacramentum eucaristie in locis ecclesiarum puris et decentibus sub solius plebani custodia honorifice conseruetur. Et cum plebanos id ipsum venerabile sacramentum ad infirmos deferre contingat, superpellitio et stola induti, illud ante pectus cum omni deuotione et religione in panniculo mundo,

precedente lumine cereo et campana, non fabulando in via, sed septem psalmos penitenciales vel alias deuotas orationes recitando seu dicendo, portent, et tam occurrentibus quam sequentibus parochianis et populis benedictionem impendere debebunt. Nos enim, de omnipotentis Dei misericordia ac auctoritate beatorum Petri et Pauli apostolorum, ompibus et singulis Cristi fidelibus, idem venerabile sacramentum, cum ad infirmos vel in solennibus processionibus portatur, ex deuotione sequentibus seu illi genua humiliter inclinanti-bus, aut in januis seu fenestris domorum suarum cum lumine aut cereo eundo et redeundo reuerenter occurrenti-bus, quadraginta dies indulgentiarum in Domino concedimus et elargimur. Prodeuntibus vero extra domus suas fidelibus cum cereo aut lumine, et in platea in honorem sacra-menti genuflexis, eedem indulgentie et benedictiones ab eodem Domino nostro Jhesu Christo misericorditer duplica-buntur.

Item, quod venerabile sacramentum non in singulis festiuitatibus, sed illud ¹⁾ solum, quibus ab venerabili ecclesia hoc solum ²⁾ obseruari, quouismodo publice per cimeterium plebani et diuinorum rectores deferant. Cum in precipuo ipsius sacramenti festo aut paucis festiuitatibus hoc sit indultum. Diminuitur enim honor venerabilis sacramenti ex tam frequenti laicorum familiaritate et quotidiana exhibi-tionis presentia, nisi exposcentibus forte aliis causis hoc indulgerent.

Item prouideant plebani et diuinorum rectores, vt tempore necessitatis pro viatico salutis infirmorum duas vel plures hostias singulis mensibus, vel quotiens secundum situm ecclesiarum expedierit, renouabunt. Et ad omnem dubietatis et ydolatrie speciem euitandam caueant, ne pi-xidem vacuam ab infirmis portare presumant, sub pena trium florenorum.

¹⁾ Læs: illis.

²⁾ Læs: solet.

Item. Curati, post rurales processiones cum venerabili sacramento per villas, agros et prata, quas vulgus Korsebør vocat, prandere aut crapulis indulgere nullatenus presumant. Sed statim idem venerabile sacramentum cum debita deuotione et honore in ecclesiam reuerenter reportent, et tandem cibum sobrie sumant cum benedictione, sub pena trium florenorum.

Item. Ad augmentum honoris beatissime Marie semper virginis, ac ejus matris sancte Anne statuimus, ut quicunque clerici et sacerdotes singulis diebus post lectam terciam horarum canonicarum deuote genuflexi se humiliauerint, et legerint antiphonam subsequentem. Anti: Beata viscera Marie virginis, que portauerunt ad visitationem Elizabet eterni patris filium. Et benedictus venter, qui portauit virginem Mariam, et beata vbera, que lactauerunt celi et terre reginam. Vel: Ora pro nobis beata mater Anna, ut digni efficiamur promissionibus Cristi. Collecta: Deus, qui beate Anne tantam gratiam conferre dignatus es, vt beatissimam Mariam matrem tuam in suo glorioso vtero portare mereretur, da nobis per intercessionem matris et filie tue propitiationis abundantiam, vt quarum memoriam pro amore complectimur, earum meritis aduti ad celestem Iherusalem peruenire mereamur. Qui viuis et regnas etc. Similiter post sextam istam antiphonam. Antiph: Aue regina celorum mater Regis Angelorum, o Maria flos virginum, velut rosa vel lilium. Funde preces ad filium pro salute fidelium. Vel: Gaudia matris habens cum virginitatis honore. Funde preces. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Funde preces. Item vel: Ora pro nobis sancta Dei genitrix, ut digni efficiamur promissionibus Cristi. Collecta: Famulorum tuorum quesumus Domine delictis ignosce, vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus: genitricis filii tui, Domini Dei nostri, intercessionem saluemur. Per eundem.

Totiens quotiens quadraginta indulgentiarum dies assequi mereantur. Quos nos de omnipotentis Dei miseri-

cordia illis et eorum cuilibet misericorditer in Domino elargimur.

Item, quod in ecclesiis nostris, cathedrali Roschildensi et collegiata Haffnensi, sub eleuatione corporis Dominici summe misse in choro, per duos ydoneos scolares perpetuis temporibus cantabitur: Da pacem Domine in etc.

Item precipimus, quod singuli sacerdotes parochiales in die parasceues singulis annis vetus crisma et oleum sanctum, quibus vltra annum vti non liceat, in suis ecclesiis concremabunt. Et tunc siue proximis diebus pascalibus, si ab ecclesia nostra cathedrali remoti fuerint, ipsi, vel eorum vnus ex singulis prouinciis deputandus, nouum crisma a sacristano ejusdem ecclesie nostre Roschildensis humiliter petant, et in vasis mundis et decentibus custodiendum reuerenter suscipiant, sub pena quatuor florenorum, sicut antiquitus est obseruatum.

Item, in vigilia penthecostes, ad impetrandam gratiam spiritus sancti, jejuniū absque butiro et lacticiniis contra errores aliquorum laycorum juxta ecclesiastica instituta decernimus obseruari.

Item statuimus, quod festum beati Canuti Regis et matris, quod decima die mensis Julij cadit, in ecclesia nostra collegiata Haffnensi per canonicos, sicut festum precipui patroni Danorum, solennizetur. Introitus misse: Gaudeamus, et per octauas habebit integram lecturam per totam dyocesim.

Item in Rugia idem festum a primis ipsius vespers vsque ad secundas ab vniuerso clero nostro Rugiano mandamus solenniter obseruari.

Item mandamus, quod baptismus, qui est janua salutis et aliorum sacramentorum, cum maximis honore et reuerentia et cautela in proferendo ipsius forme verba, in quibus tota vis consistit sacramenti et salus puerorum, debite peragatur, nominando puerum et dicendo:

Ego baptizo te in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen.

Et in materna lingua sub eadem forma verborum doceant curati laicos et parochianos suos baptizare pueros in necessitate dicendo:

Jeg døber tig i naffn Fadhers och Söns och Hellighæ andz, Amen.

Patri tamen aut matri non liceat proprium puerum baptizare, nisi in extrema necessitate. Nec tamen per hunc casum lex matrimonialis soluitur seu impeditur.

Item. Inhibemus vniuersis et singulis curatis et vice-curatis, ne plures patrilinos quam tres aut quatuor in baptismo puerorum admittant, propter cognitionem spiritualem, que inde contrahitur, secundum aliquos suos gradus matrimonium impediens. Nisi forte cum illustribus et magnis nobilibus ex causa legitima et euidenti per nos et successores nostros episcopos dispensabitur. Sub pena vnus floreni.

Item precipimus, vt baptisteria ecclesiarum parochialium, que a reptantibus fedis vermibus solent aliquotiens maculari, per aptas et solidas cooperturas aut alia remedia munda et pura semper conseruentur. Sub pena vnus aurei.

Item statuimus, quod ordinandis ad sacros maiores ordines competens litterarum scientia, etas legitima et morum grauitas suffragabuntur, quodque sufficientem habeant titulum. Nec nobis ordinandi, nisi solummodo ydonei presententur. Super quibus conscientias dominorum archidiaconi et aliorum examinerum districte oneramus.

Item statuimus et ordinamus, quod sacerdotes seculares, vel cuiuscumque etiam ordinis mendicantium regulares, ad quos facultas predicandi de iure, consuetudine, vel priuilegio pertinet, presertim illi, quibus animarum cura commissa est, iura spiritualia, ad Dei laudem, catholice fidei propagationem, ac fidelium animorum salutem pertinentia, erga dominicum gregem vigilantissime exerçant. Ac in ambonibus non ad ambitiosam sui ostentationem, sed ex sincera charitate erga Deum et proximum, concurrenti eorum sermonibus populo utilia ad viciorum extir-

pationem et virtutum laudem in euangelica doctrina et preceptis Dei ac ecclesie fideliter predicent. Et in hujusmodi sermonibus suis salubribus exhortationibus populum moneant et inducant, quod ad ecclesiam nostram cathedralem Roschildensem tanquam ad matricem, cujus omnes diocesis nostre filii et incole parochiani esse censentur, in precipuis festis sanctorum, Lucii Pape et martiris, reliquiarum, dedicationis, Canuti Regis, et patronorum diocesis, pro impetrandis indulgentiis singulis annis deuote confluat, ac in remissionem suorum peccaminum pias eleemosinas et caritatiua subsidia ejusdem ecclesie fabrice, que magna est et sumtuosa, elargiatur.

Nos enim preter indulgentias papales et episcopales de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri ac Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis Christi fidelibus contritis et confessis, dictis festiuitatibus prefatam ecclesiam deuote visitantibus seu eidem manus adiutrices quomodolibet porrigentibus XL dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in Domino concedimus et indulgemus.

Item statuimus, quod fratres ordinis mendicantium, qui per suos superiores et prelatos pro audienda confessione fidelium et ad predicandum populo Dei sunt examinati et approbati, nobis et successoribus nostris episcopis in eorum propriis personis, si illos personaliter exhiberi petierimus, se presentabunt. Alioquin in personis prelatorum suorum admissionem nostram omnimode petere tenebuntur, censurasque ecclesiasticas a nobis vel officiali nostro generali latas in ecclesiis domorum suarum fideliter publicent et seruari facient cum effectum.

Et vt ainarum Christi fidelium saluti vberius consulari, statuimus, vt plebani et idem fratres seu confessores seculares et religiosi, cujuscumque conditionis fuerint, illos vtriusque sexus homines, quorum confessiones audierint, ad solutionem decimarum et jurium nostrorum episcopali et parochiali monere, et sub onere conscientiarum

suarum in festiuitatibus de ambonibus ecclesiarum suarum id populo publice predicare ac ipsam ad frequentiam et venerationem ecclesiarum parochialium efficaciter inducere teneantur, prout sacris canonibus traditum est et sanctitum.

Item caueant confessores, ne verbo vel signo peccata eis confessa quomodolibet reuelent, sub pena in sacris canonibus contenta.

Tenentur etiam confessores de peccatis communibus solum caute et honeste interrogationes in genere facere, quas probabiliter eorum conscientia vel confitentium qualitas seu conditio necessario esse faciendas dictat, ut ipsi penitentes per hoc peccata oblita vel forsitan pre verecundia occultata debite confiteantur.

Item. Et vt debitus honor matri^{ci} ecclesie reddatur, constituimus, vt conuentus fratrum mendicantium ciuitatis Roschildensis ipsa sancta nocte resurrectionis Dominice, antequam campana ejusdem cathedralis ecclesie nostre pulsata ac solennis processio cum leuata cruce ibidem peracta fuerit, in suis monasteriis et ecclesiis pulsare, aut tunc processiones, vel aliis diebus sermonem publicum de ambonibus illa hora, in qua in dicta ecclesia nostra sermo de nostro mandato et voluntate seu consuetudine fieri debeat, facere, vel in prejuditium dicte ecclesie nostre ad se populum allicere minime possint. Idem respectiue fiat quoad ecclesias parochiales ciuitatis et diocesis nostre antedicte.

Item ex singulari mandato districtius precipimus omnibus et singulis perpetuis vicariis, curatis, altaristis, capellanis et sacerdotibus quibuscumque ciuitatis Roschildensis, ac locatis scolarium ibidem, quatenus Dominica reliquiarum, in festo corporis Cristi, Sancti Lucii pape et martiris, ac dedicationis ecclesie processionibus habituati intersint. A quibus eorum nullus nisi ex magna et ardua causa ac justo impedimento se absentare presumat, sub pena decem solidorum per priorem vicariorum irremissibiliter exigendorum, et in vsus pauperum distribuendorum. Et si idem prior

circa hoc negligens repertus fuerit, hujusmodi penam duplatam met soluat.

Item, uolumus et mandamus, quod in monasteriis, cathedrali ac collegiata, parochialibusque ecclesiis nostre diocesis singulis annis vno die infra octauas omnium sanctorum fiat deuota processio per cimiterium, ad impetrandum tranquillitatem sancte ecclesie Dei, et ad efficaciter intercedendum pro felici statu serenissimorum Dominorum Regis et Regine ac pro generali pace Danorum.

Item, uolumus et mandamus omnibus et singulis sacerdotibus, clericis et choralibus, presertim in nostris cathedrali Roschildensi et collegiata Haffniensi ecclesiis, quatenus in processionibus composite, ordinate et deuote incedant, consonante cantent, ac in hiis et aliis diuinorum officiis in ecclesia Dei et orationis domo a variis colloquiis, confabulationibus penitus abstineant. Scriptum est enim: Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Sed ad puniendum et corrigendum hujusmodi excessus inferiorum prelatorum, quorum hec corrigere plurimum interest, conscientias districte oneramus.

Item prelati seculares et regulares in ecclesiis et capellis eorum dignitatibus et monasteriis incorporatis tenentur capellanos siue vicarios instituere, qui vel dicti prelati eorum nomine a nobis debent recipere curam animarum et altaris accessum, sub suspensione a diuinis et aliis penis in jure expressis.

Item, caueant sacerdotes parochiales cum parochianis suis vel aliis super voto jejunii aut alio voto solenni dispensare, aut illos in casibus reseruatis absoluere, nisi fortassis in mortis articulo, cum prestita tamen cautione, quod cessante egritudinis impedimento, talis penitens hunc adeat, cui est absoluendi commissa facultas.

Preterea districtius precipiendo mandamus, quatenus omnes et singuli curati et confessores casus papales et episcopales, secundum quos in confessionibus se regere habeant, ne limitem sue facultatis in absolutione peniten-

tium, non sine eorundem animorum et sui periculo, per ignorantiam temere excedant, penes se habere et scire teneantur. Similiter illi ac omnes et singuli clerici beneficiati hec statuta synodalia habere et scire debeant, sub pena duorum florenorum.

Item reuocamus et annullamus omnes et singulas litteras questus auctoritate nostra ordinaria in fauorem monasteriorum aut porochialium ecclesiarum siue personarum emanatas, decernentes illas vltra annum a data presentium non valituras, sed quod renouationem earundem impetrare teneantur.

Item ordinamus, quod tabula ecclesie nostre collegiate Haffnensis pro colligenda elemosina fabrice ejusdem, que sumptuosa est, per omnes ecclesias parochiales diocesis nostre vadat. Et ejus negotium ab ipsis curatis fideliter promoueat.

Item, quilibet curatus seu vicecuratus per parochianum infirmum legitime requisitus siue vocatus, ad ipsum ex officii debito libens, paratus et sine mora veniat, ac eundem in confessione et sacramentorum administratione deuote et fideliter expediat. De quibus eorundem conscientias districte oneramus. Negligentes autem quinque florenorum pena sunt afficiendi.

Item, sacerdotes peregrini, vagi et fugitiui non admittantur ad celebrandum, nisi de eorum ordinibus rite et canonice susceptis, vita, conuersatione ac morum honestate sufficiens testimonium per patentes litteras nobis aut officiali nostro generali exhibuerint, sub pena duorum florenorum.

Item precipimus et mandamus, quod si in ciuitatibus, oppidis, castris, villis seu aliis locis nostre diocesis aliquem prelatum vel canonicum, presbiterum seu alium clericum per potestatem secularem incarcerari, detineri seu occidi contigerit, extunc statim, postquam hoc ad veram notitiam peruenerit, absque aliqua alia requisitione, monitione vel mandato, si prelatum vel canonicum fuerit, per totam nostram

diocesim, si presbiter vel clericus inferioris status, per districtum, in quo incarceration, detentus vel occisus fuerit, ac per ciuitates, oppida et loca vicina ecclesiasticum seruetis interdictum, donec pro huiusmodo delicto condigna emenda facta sit, et aliud a nobis inde receperitis in mandatis, sicut prouincialibus statutis est prouisum.

Item. Et ne censura ecclesiastica propter crebrem et indiscretam sui promulgationem vilescat, prohibemus, ne quis sacerdotum secularium vel regularium, absque nostro vel officialis nostri generali mandato speciali et consensu, in aliquem excommunicationis sententiam in ambone vel extra denuntiare, aut precipitanter et ex propria leuitate quoquo modo infligere presumat, nisi ob enormitatem commissi criminis euidentis necessitas, vbi jus indulget, hoc exposcat.

Item uolumus, quod excommunicatio domini Offonis archiepiscopi Lundensis contra persecutores libertatis ecclesie semel post quamlibet synodum de ambonibus ecclesiarum parochialium per curatos singulos solenniter publicetur, sicut ex statutis prouincialibus dudum est obseruatum, cuius excommunicationis tenor sequitur et est talis:

»Ex auctoritate Dei Patris et beate virginis Marie ac presentis consilii excommunicamus omnes illos, qui ecclesias causa lucri, odii vel fauoris alicuius, aut quacumque alia de causa, maliciose suo jure priuare presumant, aut libertates earum per maliciam infringere vel perturbare contendunt, et omnes illos, qui res ecclesiasticas violenter et maliciose rapiunt et inuadunt, nec non et eos, qui eadem fieri faciunt, mandant et procurant; nec aliquis eorum nisi per diocesanum episcopum, exhibita prius satisfactione competenti super damnis et injuriis, ab hac sententia possit absolui. Adjicimus etiam statuentes, ut in singulis conciliis synodalibus episcoporum presens sententia coram clericis et laicis publicetur et vulgariter exponatur; quod etiam ab omnibus et singulis ecclesiarum rectoribus, certis solennitatibus in eorum ecclesiis, districte precipi-

mus esse obseruandum. Lata in concilio Ottoniensi celebrato a domino Offone metropolitano Lundensi et ejus suffraganeis, Gunnaro Vibergensi, Nicholao Roschildensi, Petro Arusiensi, Gunnaro Ripensi, Johanne Burglanensi, Eschillo Slesvicensi, magistro Petro Daco coadjutore, Ivaro Ottoniensi, episcopis, presente magistro Johanne de Placentia nuncio Domini Pape. Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto. Septimana Sexagesime.«

»Aff Gudz Fadhers och hellighæ Jomffrw Maries oc nerwarendess Raadz och Consilii macht bandsetthæ wii alle them, som for baadhes, hadz eller noghers yndestes sckyld eller for nogher andhen sag aff ræt ondscaff dierffwes til at sckillia kirker wed theris ræt, eller theris frihed brydhæ och forkrenkæ, oc alle them, som met wold och offuerlast borttag hæ, røffuæ och forlegghæ kirkens gotz och retthæ eyedom, och alle them, som thessæ stycker ladhæ gøræ, biwdhæ eller tilsckyndhæ at gøris; oc hwem som forbrydher sig vti slig maadhæ, oc faldher vti swodant band, maa ther vtaff løses aff andhen end syn eghen retthæ biscop; dog swo at han tilfforn gør then hellighæ kirkæ fyldest, børlig wandher oc bødher for syn sckade oc vræt, och scal thenne dom kwndgiøris vti hwert landhemodæ, oc desligest vti alle sognekirker, vti nogræ besynderlighæ størsthæ høgtidher. Giffuet och kwndgiort vti thet Concilio, som høgtidelighen holdhet war vti Otthens, aff werdugisthæ oc werdughe fedre, her Offæ Erchebiscop vti Lwnd. Her Gunner vti Uiborg. Her Niels vti Roschildæ. Her Pedher wti Aarss. Her Gwndher wti Ribæ. Her Jens vti Bwrglom. Her Eschil vti Sleszwig, oc Her Iwer vti Otthens, Biscoper. Nerwarendis mesther Jens aff Placentz, wor helligestæ Fadhers Pawens sendhebwd. Aar eftther Gwdz byrd twsendhæ tw hwnødredhæ fyrietiwffuæ paa thet femthæ.«

Item reuocamus in hac sacra diocesana synodo omnes et singulas facultates et commissiones absoluendi in casibus

nobis et episcopali sedi de jure et consuetudine specialiter reseruatis, quoad omnes confessores seculares seu religiosos, etiam mendicantes; et quod eorum prelati seu superiores, cujuscunque ordinis, status vel gradus fuerint, pro deputatis et approbatis confessoribus, ad minus semel in anno vel quotiens renouationem confessorum fieri contigerit, a nobis et successoribus nostris episcopis, facultates absoluendi in hujusmodi casibus petere tenebuntur; alioquin contra canonicas sanctiones animas proprias necant et proximorum.

Item casus oppressionis puerorum et homicidarum, qui ipso jure ad episcopalem audientiam pertineant, nobis aut subdeputato nostro penitentiario sacristano Roschildensi, seu commissario nostro Rugiano, remitti et reseruari volumus et mandamus.

Item fiat in crimine incestus notorii et absolutione excommunicationis ad officialem nostrum generalem vel eundem prepositum nostrum Rugie remittendis.

Item statuimus, vt prelati ecclesie nostre nobis inferiores, quibus ordinatione predecessorum nostrorum pro districtibus jurisdictionis sue certe sunt prouincie designate, in audiendo ratiocinio ecclesiarum parochialium, tallias indebitas, exactiones et grauamina insolita seu injusta non exerceant. Nec laicos vel subditos citando se inuicem conturbent, sed, contenti finibus suis et terminis, penitus abstineant. Ac de casibus nobis de jure vel consuetudine specialiter reseruatis puniendo, dispensando vel absoluendo aliter, quam constitutione bone memorie domini Johannis, predecessoris nostri, et ejusdem ecclesie nostre capituli super hoc edita est expressum, quomodolibet se non intromittant, ne vmbra exhibeant in opere, cum veritas non subsistit in effectu.

Item, cum constat, prelatos ecclesiarumstrarum, cathedralis Roschildensis et collegiate Haffnensis, antiquo priuilegio per certas a nostris predecessoribus et episcopali sede designatas prouincias nobiscum ac cum officiali nostro generali ac aliis nostris commissariis jurisdictionem per viam preuentionis habere concurrentem: ordinamus igitur

et in virtute sancte et salutaris obedientie precipiendo mandamus, quatenus tam ipsi officiales nostri generales protempore quam prelati ita ad corrigendum subditorum excessus prudenter et diligenter intendant, vt ob pecuniarum mulctam aut inutilem questum nullum omnino hominum permittant peccatis insordescere, sed que Jhesu Cristi et non que sua sunt, querere videantur; ac juxta delinquentium et peccatorum circumstantias et qualitates, misericordiam cum disciplina temperantes, veram peccatorum penitentiam secundum canones penitenciales vsuales ad animarum salutem et morum reformationem imponere et injungere teneantur. Ne sanguis, vt ait propheta, subditorum de manibus requiratur prelatorum, super quibus omnibus et singulis eorundem officialis et prelatorum conscientias districte oneramus. Nos enim, si aliter inquirendis aut puniendis excessibus negligentes fuerint, auctoritate ordinaria supplere et intendere nos dicimus cum effectum; quodque abbates in casibus nobis de jure vel consuetudine specialiter reseruatis dispensando, puniendo vel absoluendo quomodolibet se non intromittent; eorum tamen priuilegiis semper soluis.

Item, si prelati et canonici cathedralis et collegiate ecclesiarum nostrarum, qui ex priuilegio episcopali habent coercere et corrigere excessus capellanorum suorum seu vicecuratorum ecclesiarum suis dignitatibus et prebendis incorporatarum, ad corrigendum hujusmodi capellanorum suorum seu vicecuratorum excessus per nos aut officialem nostrum generalem debite fuerint requisiti, et surda aure absque eorundem excessuum correctione pertransierint¹⁾: extunc post quindecim dies talem monitionem immediate sequentes dicimus et volumus eorundem prelatorum et canonicorum negligentias supplere, et excessus hujusmodi occultos siue notorios auctoritate ordinaria debita animaduersione et ecclesiastica disciplina corrigere et punire.

Item. Prelati seculares aut religiosi, etiam rurales prepositi seu commissarii quorumcumque prelatorum, in

¹⁾ Læs: pertransierint.

causis matrimonialibus, que non per quoslibet sed per jurisperitos sunt tractande, nullatenus et sub pena suspensionis officii se intromittant; sed eos ad consistorium nostrum Roschildensem fideliter remittere teneantur.

Item, quod nullus prelatus extra fines territorii sui, hoc est prouinciarum suarum, jus dicat, consistorium erigat, aut censuras pronunciet qualescumque.

Item statuimus et ordinamus, quod nullus sacerdos parochialis seu alius benedicat aut intersit sponsalibus de presenti vel futuro, nisi prius processerint tria edicta de ambone.

Item singuli plebani in ecclesiis suis solutos in eorum parochiis fornicarie cohabitantes ter in anno moneant, ut aut omnino separentur, aut seipsos matrimonialiter desponsent, sub censura ecclesiastica.

Item. Nullus plebanorum aut diuinorum rector questores quoscunque seu elemosinarios ad petendum, predicandum seu indulgentias publicandum, etiam si litteras apostolicas presentauerint, que prius a nobis vel nostro venerabili capitulo Roschildensi non fuerint examine, siue speciali licentia nostra, admittat, sub pena quatuor florenorum; fratribus mendicantibus, quorum ordinem constat super incerta mendicitate esse fundatum, et qui cum caritate ambulant, dumtaxat exceptis, quos suis gaudere volumus privilegiis.

Item. Quia scriptum est: non temptabis Dominum Deum tuum: Deus enim temptatur, cum ab eo miraculum expetitur, et diuine uoluntatis sue expectatio pretermittitur; sortilegia, maleficia, superstitiosas incantationes, veneficia seu alia diuinationum genera, que laquei et occulte insidie callidi hostis scilicet Diaboli sunt, quibus homines, Diis, ei non Deo immolantes, et ea ad infidelitatis sue interitum dampnabiliter exercentes, nititur illudere, sub pena excommunicationis districtius inhibemus quouismodo exerceri. Et quod in precipuis festiuitatibus hoc de ambonibus ecclesiarum et monasteriorum publicetur.

Item. Nullus prelatus regularis aut secularis seu etiam plebanus publice excommunicatos siue eliminatos in sua ecclesia ad diuina vel sub diuinis permittat, antequam, facta cum officiali nostro generali compositione, docuerit, se canonicè absolutos.

Etiam districte precipiendo mandamus omnibus et singulis sacerdotibus tam religiosis quam secularibus, ut nullum hereticum, publicum vsurarium, excommunicatum, interdictum, seipsum interficientem seu strangulantem, blasphematorem, confiteri nolentem maxime in festo Pasce et suis extremis, atque mortali peccato notorie decedentem, monachum apostatam, in torneamentis aut duello morientem, raptorem, homicidam, spoliatorem bonorum et rerum ecclesiarum, et cleri inuasorem, emunitatis ecclesiastice violatores, nouas exactiones et tallias indebitas clericis imponentes vel ab ipsis exigentes, scriptores, compositores, seu quomolibet statuta facientes contra ecclesiasticam libertatem, vel talibus in suis maliciis consilium, auxilium vel fauorem dantes, ad ecclesiasticam recipiant seu admittant sepulturam, prout sacris est canonibus diffinitum.

Item mandamus, quatenus religiosi omnes et singuli in suis sermonibus aut audiendis confessionibus penes sanos aut languidos, super eligenda apud se sepultura, matriçi aut parochialibus ecclesiis nullum prejuditium aut fraudem facere seu fieri exhortari presumant publice vel occulte, sub horribilissimis penis, que sacris iuribus sunt expresse, super quibus eorum prelatorum et suas conscientias districte oneramus, et quod matriçis et parochialium ecclesiarum honorem et prerogatiuam considerent et obseruent.

Item, quod nullus parochianus sepeliatur in aliena ecclesia siue cimiterio religioso aut seculari, nisi relinquat congruam et legitimam legati siue testamenti portionem ecclesie parochiali et ejus plebano, sub penis et censuris publicis iurum constitutionibus expressis.

Item de ordinatione pecuniarum fraternitatum seu conuiuiorum laycorum fiat, ut in prioribus synodis prouisum

est; videlicet, quod prius exhibeantur sacerdoti parochiali seu ejus vicario, et sibi obueniant, in quantum voluerit pro eis debite satisfacere. Si autem secus, ad alia pia loca in toto vel in parte mittantur.

Item statuimus, quod prelati ecclesiarum nostrarum, cathedralis Roschildensis et collegiate Haffnensis, in districtibus suis moderentur conuiuia tutorum ecclesiarum parochialium in facturis cereorum pro festiuitate purificationis gloriose Dei genitricis Marie semper virginis parochianis fienda, ne per hoc ecclesie ipse tallis et exactionibus indebitis aggrauentur.

Item constitutionem bone memorie domini Johannis Jacobi, predecessoris nostri, de expensis etc. pro prelatibus ecclesie nostre Roschildensis, similiter ad releuandum pauperes clericos et beneficiatos ordinationem et moderationem petentiarum (!), per nos de consensu uenerabilis capituli nostri factas, presentis synodi auctoritate volumus et declaramus, et sub excommunicationis pena precipimus, perpetuis temporibus esse obseruandas.

Item, ob honorem et culmen jurisdictionis ecclesiastice sibi concesse, in omni synodo prelati ecclesie nostre cathedralis personalem, aut saltem, ipsis ex legitima causa absentibus, suorum procuratorum de capitulo nostro canonicorum, in decernendis et diffiniendis causis et negotiis propriam presentiam exhibere teneantur. Idem ordinamus de senioribus residentibus, quos de nostro scitu legitima alias causa non excusat.

Item ad quamlibet synodum vnus ad minus presbiter, vnus minister et vnus laicus de singulis prouinciis nostre diocesis hora synodi Roschildie tempestiue compareant, qui domi existentes de actis et actitatis ibidem plene informabunt, sub pena solita.

Et vt mores et actus sacerdotum, quos cum illos elegerit Deus ad tollendum errores ceterorum, caste et sancte vite integritatem seruare, atque prius seipsos purgare, quam aliorum culpas ferire oporteat, in melius reformatur, qua-

tenus sue honestatis exemplo se ab omni carnis illecebra precauentes, ac bonum consciencie testimonium preferentes populo Dei, cui presunt, ope simul et moribus, facta verbis compensando, prodesse possunt. Et si linguis predicare nequeant, bone saltem vite castimonia ac laudabili conuersatione aliis viuendi normam prebeant, sicut decet ministros Christi et mysteriorum Dei. Occasio enim peccandi non tollitur, nisi peccantis status mutatur. Mandamus preterea districtius, ne quis sacerdos in domo sua publicam concubinam aut focariam siue familiam, de qua sinistra suspitio quouismodo possit oriri, habeat, uel si eam habuerit, quod absit, infra mensem a se separet, ita quod nec ei in propria domo vel loco circumuicino cohabitet, neque eam accedat sub pena canonis, nec talem vel prolem suam dotet de patrimonio crucifixi. Etiam ut scandala in populo publica euitentur, districtius prohibemus, ne quis sacerdos in domo sua puerperia suorum infantulorum aut introductiones concubinarum sub quauis solennitate facere presumat, sub pena viginti marcarum argenti.

Item volumus, quod sacerdotes et ministri rurales Kalandas suas, que in refrigerium animarum defunctorum ac uiuorum caritatis vinculū sunt salubriter institute, in ecclesia cum omni deuotione et in mensa cum honestate, modestia ac debita parsimonia et sobrietate temperanter celebrent, laudabiliterque obseruent, ac in hiis suis et aliis laicorum conuiuiis sacerdotes et diaconi ac reliqui clerici omnes, quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, et sicut alios loco ita etiam religione precellere oportet, voluptate lasciuire seu crapule, quam stultitia comes insequitur, et que omnium viciorum fomes est, peccandique incendium parit, indulgere omnino caueant, attendentes, quod Loth, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt, et quod ignominiosum est, jejuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiaque ora proferre.

Insuper odium, emulationes, obtrectationes atque inuidiam fugiant. Non vagi oculis non effrenes lingua, aut petulanti fluidoque gestu incedant, sed pudorem ac vere-

cundiam mentis decenti habitu ornatoque incessu ostendant, doctrine lectionibus incumbant. Tales enim debent esse, qui diuinis cultibus noscant se esse mancipatos, scilicet, vt dum sciencie operam dant, doctrine gratiam populis administrent.

Statuimus igitur, vt si quis presbiter fuerit notorie repertus ebrius, quod absit, preter canonicas penas a iure inflictas per nos vel officialem nostrum generalem pena pecuniaria ex arbitrio puniatur.

Item volumus et ordinamus, quod clerici et sacerdotes nostre diocesis ecclesias seu beneficia sine nostro permissu et institutione canonica intrare aut occupare non possint, itaque eadem illa ex quacunque causa sine nostro consensu dimittere aut resignare non presumant, casu ingressus religionis duntaxat excepto, quem etiam a nobis et nostris successoribus petere teneantur. Transgressores, maxime fugitiui sacerdotes et clerici beneficiati, per censuras ecclesiasticas canonicè punientur.

Item in resignandis aut permutandis beneficiis ecclesiasticis quibuscunque primum sollicitetur et impetretur consensus ordinarii; quod si prius et antea inter partes deducatur in pactum vel promissiones, extunc ipsa resignatio, etiamsi in manibus layci fiat, censeatur nulla. Et partes hinc inde canonicis subiaceant constitutionibus et penis, que contra symoniacos sunt edite et promulgate.

Item precipimus omnibus et singulis clericis beneficiatis, quod suorum beneficiorum fundationes, secundum quas se regere debeant, in missali aut alio libro competenti, seu sub copia auctentica descriptas habeant, ad videndum et districte obseruandum ea omnia et singula, ad que pre-textu fundationum sunt obligati. Et si qui sunt, qui fundationes huiusmodi habere non poterint, ad nos et venerabile capitulum nostrum Roschildense pro renouanda fundatione aut confirmatione iuxta qualitatem beneficii sui ac ipsius collationis recursum habeant, sub pena quatuor marcarum argenti.

Inherendo preterea sacris Romanorum Pontificum constitutionibus, inhibemus districtius prelati omnibus et singulis religiosi et secularibus ac clericis nostris alias beneficiatis quibuscunque, ne bona immobilia seu mobilia, preciosa ecclesiarum, monasteriorum, seu beneficiorum suorum directe vel indirecte quouismodo sine nostro et successorum nostrorum episcoporum decreto, auctoritate, voluntate et consensu permutare seu alienare presumant, contrafacientes penis iurium et censuris ecclesiasticis volumus subjacere.

Item. Omnis alienatio ecclesiasticarum rerum in damnum ecclesie et sine legitima auctoritate facta, ex integro reuocetur.

Item. Ne bona ecclesiarum, sacerdotum seu clericorum immobilia per incuriam alienentur, volumus et districte mandamus, quatenus illa omnia et singula diligenter, fideliter et complete in libris missalibus registrentur, sub pena quatuor florenorum.

Item. Quilibet curatus faciat residentiam personalem apud ecclesiam suam sub pena priuationis ejusdem, ac domus residentie sue reparet et competenter edificet, sub pena decem marcarum.

Item. Quilibet sacerdos ad minus semel in anno testamentum suum renouet et sigillo proprio sigillet, ne bona decedentium ab intestato, juxta tenorem constitutionis bone memorie domini Olauí episcopi Roschildensis, predecessoris nostri, ordinentur et confiscentur.

Item nullus clericorum nostre diocesis presumat annulum aureum in digito portare, nisi sit artium magister aut aliqujus cathedralis vel collegiate ecclesiarum canonicus, siue alias ex nobilitate generis, siue crediti officii dignitate hoc sibi competere videatur.

Item venationis frequentiam aut aliarum leuitatum occupationes et exercitia clericis omnibus districte inhibemus, sicut sacris canonibus est expressum.

Item statuimus, ne clerici in sacris ordinibus constituti, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis seu preeminentie fuerint, aduocantias, theolonea, mercantias, seu alia officia et negotia secularia, que in scandalum ordinis clericalis redundant, quoquo modo directe vel indirecte exerceant, regant vel gubernent. Scriptum est enim: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus etc. Contrafacientes vero, totiens quotiens, quindecim florenorum et aliis a jure inflictis penis volumus subjacere.

Datum in publica cessione synodali Roschildensi, die Martis sexta mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo, coassidentibus nobis venerabilibus ac religiosis viris, dominis Henrico abbate Sorensis ordinis Cistertiensis infulato, magistro Eschillo priore in Antworschow ordinis sancti Johannis Jherosolomitani per Datiam generali visitatore, duobus ex regni Datie conciliariis, Johanne Esromensi dicti ordinis Cistertiensis, Erasmo Nestuediensi, Petro Ringstadensi, ordinis sancti Benedicti monasteriorum abbatibus infulatis, Nicolao de paraclito in Ebbelholt etiam abbate, fratre Johanne procuratore abbatis monasterii regalis curie in Knardrop ordinis vt prefertur Cistertiensis, ac honorabilibus et eximiis dominis prelatis et canonicis ecclesiarum nostrarum cathedralis Roschildensis et collegiate Haffnensis, domino Petro priore domus sancti spiritus Haffnensis, pluribusque aliis sacerdotibus, clericis et laicis nostre diocesis in magna multitudine congregatis, ad robur et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Sequitur tenor littere reuerendi domini legati in fine sessionis synodalis per venerabilem virum magistrum Johannem Luche, cantorem ecclesie Roschildensis, post publicationem hujusmodi statutorum mox publice lecte et publicate:

Johannes Angelus Arcimboldus, iuris vtriusque doctor, prepositus in Arcisate, sedis apostolice prothono-

tarius, ac sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Leonis diuina prouidentia pape decimi, referendarius, necnon in Coloniensi, Treuerensi, Saltzburgensi, Bremensi, Bisuntinensi et Vpsalensi prouinciis, earumque et in Cameracensi, Tornacensi, Morinensi, Attrebatensi, Caminensi et Misznensis ciuitatibus et diocesibus, ac Datie et Noruegie regnis et pro vndeque confluentibus pro fabrica basilice principis apostolorum de vrbe nuntius et commissarius, uenerabili nobis in Christo dilecto cantori ecclesie Roschildensis salutem in Domino sempiternam. Dignum et officio nostro conueniens arbitramur, hiis, que ab episcopis et aliis prelati ad Dei cultum, cleri viuendi normam et ecclesiarum reformationem in prouinciis nobis commissis legitime sanctiuntur, munimen et robur sedis apostolice impertiri. Cum itaque acceperimus, reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum Lagh on em, Dei et apostolice sedis gratia episcopum Roschildensem cum capitulo et clero suo sanctam synodum generalem de proximo esse celebraturum; nosque aliis grauibz impediti negociis personaliter illi interesse nequeamus, vices nostras vobis committendas duximus. Quocirca volumus et auctoritate apostolica, qua fungimur, in hoc vobis committimus et mandamus, quatenus quecumque equa et honesta, ac sacris canonibus non contraria in dicta synodo sanctiri et ordinari videritis seu audieritis: auctoritate prefate sedis vobis tenore presentium per vos¹⁾ attributa et sub penis desuper statuendis et alia secundum illorum tenorem inuiolabiliter obseruari decernetis²⁾ et mandetis. Datum in castro episcopali Draxholmensi Roschildensis diocesis, die tertia mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini Leonis pape decimi, anno quinto. Nostro sub sigillo.

Jo. Plessz. de mandato subscripsit.

¹⁾ Sic! Her synes at burde læses: nos.

²⁾ Sic! Læs: decernatis.

Post cujus quidem confirmationis et approbationis littere publicationem idem dominus cantor in hec verba confestim dixit et publicavit. Et ego Johannes Luche, ecclesie cathedralis Roschildensis cantor, omnia et singula premissa statuta, constitutiones, ordinationes, inhibitiones, prohibitiones et mandata ejusdem reuerendi patris et domini, domini Laghonis episcopi Roschildensis prefati, tanquam sancta, canonica, sacris juribus innixa et ad reformationem vite et morum ac honestatis clericalis salubria et pernecessaria, in hac sacra synodali sessione lecta, publicata et approbata, auctoritate apostolica michi in hac parte commissa, laudo, approbo et confirmo. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen.

Et ego Petrus Bernardi, clericus Ottoniensis diocesis, auctoritate apostolica notarius publicus, eiusdem reuerendi patris domini mei domini episcopi scriba et secretarius, subscripsi in fidem omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

P. R.
